



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius breuis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Portae Circvm Vrbem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](#)

PORATAE CIRCVM VRBEM. <sup>141</sup>

PORATAE ET TURRES  
CIRCVM VRBEM.

IS 3.



APHETETA, ori-  
entalis ciuitatis murus  
super torrentem Ce-  
dron, quem Ionathas  
Machabæus reparauit.

*Mach. 12. e*

IS 4.

APIS ANGVLARIS du-  
rissimus, solidum montis Sion  
fundamentum ; spiritualiter  
Christum, qui firmum & stabi-  
le Ecclesiæ fundamentum est, præfi-  
gurans.

*Isa. 28. d.*

*Psal. 117. d.*

*Neem. 3. e.*

*Matt. 21. d.*

*Act. 4. b.*

*Rom. 9. g.*

*I. Pet. 2. a.*

IS 5.

ORTA ANGVLI. sic di-  
cta, quia in aquilonari orientali  
que ciuitatis angulo iuxta tor-  
rentem Cedron sita erat. quæ  
etiam Porta Beniamin vocabatur,  
quod per eam in tribum Beniamin via  
esset. Per hanc portam ex deserto in urbem  
ligna inuehebantur. In hac etiam Iere-  
mias comprehensus est. cuius ruine  
nunc longè extra urbem visuntur.

*4. Reg. 14 d*

*2. Par. 25.*

*g. 26. b,*

*Iere. 31 g. 37*

*c. 38. b.*

*Zach. 14. b.*

*Broc. itin. 6.*

*b.*

*Sal. 10. 8.*

*cap. 5.*

POR-

156.

Ezech. 43 a.  
44. a.  
Brod. itin.  
6. b.

Salign. 10. 9  
ca. 4.

Breiden. 14  
Iul. a.  
Pasq. d. 184.

Ex historia  
Exaltatio-  
nis S. Crucis  
Breuiar. Ro-  
mam.  
Sal. 10. 8. ca.  
4.

**P**ORTA AVREA, inter Portam vallis & Portam fontis constituta, sic vocata est, quod deaurata esset: quæ, quod ad orientem templi sita esset, Orientalis quoque dicta fuit. atque quia per compendium è templo ad montem Oliueti ducebat, templi potius, quam ciuitatis porta erat: ideoque eius Nemias non facit mentionem: In hac S. Anna & Ioachim, de habenda prole leti, sibi mutuo occurrisse scribuntur. Et per hanc Christus in die Palmarum super asinum equitans, humili sed tamen solemini pompa Hierosolymam intravit: quæ clausa, ultero, ut fertur, ei est aperta: Porro anno à Christi nativitate sexcentesimo vigesimo secundo, Heraclius Imperator parta Divinitus de Cosdroa Persarum rege victoria, cum partem ligni Crucis Dominicæ (quam olim ab Helena Imperatrice in montis Caluariæ templo collocatam, Persæ capta Hierosolyma, multisque ibi cæsis Christianorum

rum

rum millibus, asportarant, ac quatuor decim annis detinuerant) superbo equo vexitans Hierosolymam reducens, hanc portam triumphali pompa ac Cæsareo apparatu auro gemmis- que ornatus ingredi vellet; illustri miraculo, omnibus quidem perfidis admirando, nullis autem fidelibus dubio, cælitus impeditus fuit, quod enim magis progredi conabatur, eò magis retineri videbatur. Cumque ea re & ipse Heraclius, & reliqui omnes obstu pescerent; Zacharias Hierosolymorū antistes. Vide, inquit, Imperator, ne isto triumphali ornatū, in cruce ferent parum Iesu Christi paupertatem, & humilitatem imitēre. Tum pius Princeps mox equo descendit, Imperiale coronam deposuit, auream chlamydem & Regium cultum exuit calceosque detraxit: ac plebeo induitus amictu: plantis & capite nudis, sacrosanctum Crucis lignum suis ipse humeris per eandem, quā id Saluator tulerat, portas viam, ad Caluariæ mōtem retulit; atq; in eodem loco, unde fuerat à Persis asportatū, reposuit. Quā obrem perpetuo sanctum est edicto,

vt

ut quotannis decimo quarto Septembris die Exaltationis S Crucis memoria in ecclesia celebraretur.

## 157.

4 Reg. 41. d.  
2. Par. 25. g.  
26 b.  
Neem. 8. d.  
12. c.  
Iosep. 9. at.  
10. i.  
Broc. itin. 6.  
b. Sal. 10. 8.  
ta. s.

**P**ORTA EPHRAIM, quæ nunc à quibusdam S. Stephani appellatur, contra septentrionē sita, viam respiciebat quæ in tribum Ephraim ducit, vnde sibi nomen Ephraim sortita est. Ab hac Porta. usque ad portam anguli Iosas Israëlitarum rex murum Ierusalem quadringtonitorum cubitorum spacio diruit: & triumphabundus per id interstitium curru in ciuitatem inuectus, urbis factus est Dominus. quem murum vñà cum turribus Oziam Iudæ Regem posteà restituisse legimus.

## 158.

Neem. 2. c. 3  
d f. 8 u. d. 12  
c.

**P**ORTA FONTIS, quæ & AQYARVM dicitur, porta fictilis erat inter mōtem

PORATAE CIRCVM VRBEM.

tem Sion & montem Moria in vora-  
gine Mello contra orientem posita. &  
fontis, aquarumque porta ex eo dicta  
quod ad fontem & aquas Siloe transi-  
tum aperiret. Hæcalio nomine, quod  
equi per illam pro adaquatione in tor-  
rentem Cedron educerentur, Equo-  
rum porta orientalis est vocata. duce-  
batque in vallem Gehennom.

145

2. Par. 23. c

Ierem. 19. a.

31. g.

Broc. iti. 6. b

Sal. 10. 8. c. 5

159.

P ORTA GENATH, id est,  
horti, nempe Herodis, quæ non  
longè à secundo ciuitatis muro  
sitâ erat. qua in Hippicum tur-  
rim aqua inducebatur. Per hanc por-  
tam seditiosi latenter prosilientes, in  
Romanos sæpè fecerunt excursus.

Ios. 6. bel. 6.

7. 8.

160.

P ORTA HORTI REGIS,  
quæ in monte Sion inter duos  
arcis muros collocata erat. per  
quam Sedechias rex nocte fugit

4. Reg 25. a

Ierem. 39. a

52 b.

161.

P ORTA PALATHI PONTI-  
K FICIS,

Nœm. 3. e.

146 PORTAE CIRCVM VREEM.

FICIS, siue Sacerdotis magni, austrum respiciens.

162.

2.Par.33.6.  
Sophon.1.6.

Hieronymus  
ibidem.

Neem.3. 4.

2.6.

Bros.itin.6.

b.

Sal.rom. 8.

6.5.

PORTA PISCIVM, quæ  
iuxta turrim Dauid inter mon-  
tem Sion & ciuitatem inferio-  
rem in valle Mello contra occi-  
dentem sita erat: & per adiunctam ei-  
testudinem (quæ ultra Voraginem ex-  
tendebatur) commodum cuiuscum-  
tum exhibebat ac introitum. Atque  
piscium quidem porta ex eo diceba-  
tur, quod peream a Ioppe & alijs ma-  
ritimis locis quotidie in urbem pisces  
inferebantur. Hæc alijs nominibus  
etiam Porta Dauid, & Porta nego-  
tiatorum inscribitur: Dauid quidem,  
quod turri Dauidis proxima esset;  
Negotiatorum vero, quod per eam  
variæ negotiatorum merces à Beth-  
leem, Hebron, Gaza, Aegypto, & Ac-  
thiopia inueherentur. Per hanc por-  
tam peregrini occidentales urbem in-  
gredi solent.

163.

PORTA STERQVILINII  
seu

PORATAE CIRCVM VRBEM. 147

seu stercoris, quæ contra austrum portæ Neem. 2. c.  
anguli sita, Solem orientem respi- 3. c. 12. c.  
ciens, omnes ciuitatis fordes, quas plu Lira. in Ne-  
via congregare poterat, in torrentem em. 3.  
Cedron euomebat: vnde non imme- Broc. itin. 6.  
ritò sterquilinij siue stercoris nomen b.  
accepit.

I64.

P ORTA TVRRIVM MV-  
LIEBRIVM, septentrionem  
respiciens. per quam seditiosi in  
Romanos vibem obsidentes,  
excursus fecerunt.

I65.

P ORTA VALLIS, nomen  
inde trahens, quod in vallem  
Iosaphat viam faceret, inter por- 2. Par. 26. b.  
tam sterquilinij & portam aure- Neem. 2. c.  
am media suit, nec longè à foro pecua- 3. a. c. g. 12 c.  
rio & Piscina probatica distans. Quæ Bro. itin. 6. b.  
& ob hoc etiam P ORTA GRE- Breiden. 14.  
GIS appellari meruit, quod per hanc Iul. 4.  
immolandi in templo greges in fo- Sal. tom. 8.  
rū pecuariū venales adduceretur. Nuc ca. s.  
verò à Protomartyre, qui per eam  
extra ciuitatem eductus est, & non lo-

148 PORTAE CIRCVM VRBEM.

gè ab eadem lapidatus. S. Stephani porta nominatur.

## 166.

Neem. 3, b  
g. 12. c.  
Liran in  
Neem. 3.  
Deut. 22. b.  
Ruth. 4. a.  
Ioan. 19. d.  
Heb. 13. b.  
Br. itin. 6. b  
Sal. 10. ca. 7

**P**ORTA VETVS siue antiqua, quæ ab aquilone portæ piscium sita, Solem occidentem respiciebat. à Iebusæis quoque PORTA Iebus, & à iudicijs IV DICCIARIA seu Judicialis vocata fuit, quia ad iudicandum, olim ibi seniores sedebant: in portis enim iudicium exercebantur: extra hanc portam fiebat etiam iudiciorum executio. Vnde & Christus per hanc educitus, extra eandem quoque est crucifixus. Cuius portæ vetusta adhuc vestigia extant.

## 167.

Erocar. itin.  
6. b.

**R**EVES emens valde, tendens à Psephina turri ad montem usque Sion: super quam totus occidentalis ciuitatis murus extructus erat.

## 168.

Ierem. 31. g.  
Zach. 14. b.

**T**URRIS ANANEEL, que non longè à Porta anguli sita, fortis